

## Alte Drucke

# Davidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Iudicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput XXX.

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122)



Ein Schypfenning/ Ein Nothypfenning. Bonus Scruatius facit bonum Bonifacium. *Satis ad hanc vitam si quis habet victum & amictum.* Plutarchus: *εὐδαιμόνητα τοῖς ἀναγκαίοις πρὸς τὸν βίον, ὅσα αὐτῷ ἦν ἡδύτατα, ὡς μήτε χελιδόνες, μήτε μύρμικας δαμείζονται,* &c. Si contenti essemus necessarijs ad vitam, nulli planè foeneratores essent: sicut nec hirundines nec formicæ foenerantur. Horatius: *Crescentem sequitur cura pecuniam, Maiorumq; fames. multa petentibus Desunt multa, bene est cui Deus obtulit Parca, quod satis est, manu.* *Turpissimum est de domo obambulare in domum.* *πλάγκτος ὡς ὄρα ἐν κακώτερον ἄλλο βροτοῖσιν.* Exilio peius nil est mortalibus ægris,

## Caput XXX.

*Qui diligit puerum suum, hic sub ferula tenet eum, ut postea gaudium habeat ex illo.* *Qui padagogia in disciplina coercet puerum suum, hic latabitur, neque pudefiet apud notos & amicos suos.* *Si quis rectè educat puerum suum, hoc dolet inimicis, & magnum gaudium adfert amicis.* *Cum moritur pater eius, perinde est, atq; si non esset mortuus.* *Nam sui similem post se relinquit.* *Cum viveret, in puero hoc iucunditatem habebat & gaudium, cum moriebatur, non erat quod cura torqueretur.* *Nam post se reliquit munitionem aduersus inimicos suos, & qui vicissim amicis possit inservire.* *Qui indulgens est filio suo, deplorabit vices eius, & perterretur quoties illacrymat.* *Puer qui non castigatur, postea ferocit, sicut equus indomitus.* *Si delicatè foues filium tuum, postea metuere cogaris eum.* *Lusita cum illo, & postea contristabit te.* *Noli ludere cum filio tuo, ne postea cogaris tristani, & tandem dentibus infrendere.* *Noli indulgenter tractare eum in atate tenera, neq; excuses stultiam eius.* *Inspecte ceruicem eius, cum est adolescens, & dorsum eius verbera, cum paruulus est, ne praefractus & inobediens fiat.* *Educatu filium tuum, neq; sinas eum obtorpescere ocio, ne pudefias in ipso.*

Educatio puerorum.

*Melius est esse pauperem, & incolumi ac sano corpore, quam diuitem & valetudinarium.* *Sanum & vegetum esse preciosius est auro.* *Corpus sanum est preciosius quibusuis opibus.* *Nulle opes conferri possunt ad corpus sanum.* *Neque illa gaudia ad veram letitiam cordis.* *Tolerabilior est mors ipsa*

Sanitas corporis antefenda diuitijs.

ipsa



ipsa quam inualetudo & morbus perpetuus. Perinde enim est ut ferculum splendidum, quod palato aegroto proponitur, & sibi ubi cibi, positi ad bustum sepulti. Et quid idolo profunt hostiae? tamen nec edere potest neque odorari: Ita habet res etiam cum diuitem, quem Deus morbis affligit. Aspicit quidem oculis & ingemiscit, & est sicut eunuchus, qui apud puellam cubat, & suspiria trahit.

Letitia in  
Deo adque-  
scens.

neq. sicut  
autem

Noli contristare teipsum, neque teipsum excarnifica cogitationibus tuis. Cor enim letum est vita hominis, & gaudium longauitas est illi. Teipsum etiam curato, & consolare cor tuum, & tristitiam longè repelle abs te. Tristitia & mœror animi occidit multos, & tamen nihil prodest. Zelus & ira abbreviant vitam, & sollicitudo senescere facit ante tempus. Ei, qui animo est leto, omnes cibi benè sapiunt.

Tres insignes locos continet. I. Derecta EDUCATIONE liberorum, quæ est assuefactio ad pietatem erga Deum, & mores ac artes honestas, quæ fit per præcepta seu admonitiones, quotidiana exercitia, tempestiuas castigationes & exempla. Sunt enim duo fines educationis liberorum à Paulo propositi, Ephes. 6. Παιδεία καὶ νουθεσία κυρίου. Παιδεία duas partes complectitur, gubernationem morum honestam, & institutionem bonarum artium, quæ omnium in vita bonorum fontes sunt. Νουθεσία κυρίου lectionem & studium doctrinæ de Deo libris sacris comprehensæ, & assiduam institutionem & assuefactionem ad veram Dei agnitionem, timorem Dei & fidem. Ad hosce duos fines obtinendos, & amorem ac studium virtutis & doctrinæ animis puerorum insigendum, quatuor media seu instrumenta parentibus & præceptoribus necessaria sunt. 1. Præcepta & admonitiones fidæ & assidua. 2. Exercitia pietatis & laborum quotidiana. Nam pueri nihil agendo malè agere discunt. 3. Castigationes celsantium seu delinquentium & verbis & verberibus tempestiuè adhibita. 4. Exempla virtutum, quibus parentes & pædagogi, in omni vitæ consuetudine, pueris præluceant. Est enim iuxta Platonem, optima *νέον παιδεία*, non tam docere & monere multa, quam ut ea, quæ doceas & moneas, ipse facere videaris. Per hæc quatuor media assueferi tenera ætas ad veram pietatem & virtutis & doctrinæ studium, & honestè ac liberaliter educari potest. Syracides vero, de tertio instrumento, videlicet de castigatione & disciplina liberorum seuera præcipuè in hoc 30. capite concionatur, & indulgentiam parentum reprehendit, ductis argumentis ab effectibus, ab utili, & inutili, πολλοῖς γὰρ πατέρων τὸ λίαν φιλεῖν τὰ μὴ φιλεῖν αἰτίον καλῶς. Nam multis parentibus, nimium amare liberos, in causa fuit, ut eos postea non amarent. γέροντα δὲ ὀρθῶν φλαυρον, ὅς νεῖθε πᾶσι. Extant autem eruditissimi & aurei, de pueris rectè & liberaliter instituendis libelli, Iacobi Sadoleti, & Plutarchi *περὶ παιδων ἀγωγῆς*, quos familiarissimè sibi notos studiosi reddant. Passim etiam apud Platonem libro 1. 2. & 6. de legibus, & *παιδεία*. a. β. γ.



β. γ. de bonorum ciuium educatione splendidissime disputatur. Secunda pars capitis monet sanitatem corporis praestantius bonum & magis expectandum esse, quam diuitias & opes, sicut gradus honorum in veteri disticho, quod Aristoteles aliquot in locis recitat, distributi sunt. Καλλιστον τὸ δικαιοτάτον, λῦσον δ' ὑγιαίνειν, ἡδίστον δὲ τυχεῖν & τις ἐκαστὸν ἐρεῖ, Pulcerrima res iustitia, optima valetudo bona, sed nihil suauius est, quam si quis quod cupit assequitur.

Tertia pars insigne praecipuum continet, *περὶ εὐθυμίας* seu tranquillitate animi tuenda, & tristitia ac aegritudine animi lenienda. Opus est enim animo nos valere, vt corpore possimus. Ita autem condidit DEVS naturam hominis, vt laetitia dilatante corda & amplectente ac fruente bonis optatis, vita iuuetur ac conseruetur: Tristitia verò & mœrore constringente & adstringente corda, languescat & extinguatur. Vult enim homines, DEI vellentem vera Dei agnitione & in Deo propitio acquiescentes viuere & conseruari, vt in hodiernae etiam Dominicae epistola Paulus iubet gaudere in Domino semper, & iterum dicit gaudete. Est autem *gaudium Christianum*, tranquillitas & laetitia cordis in DEO nobis propitio propter Christum firma fide acquiescentis, & certo statuentis Deum sibi adesse, se à Deo diligere, iuari & quaecunque calamitates & ærumnae accidant, tamen certo aeterna sum, quod nec mors, nec vita, nec vlla creatura separare nos possit à dilectione DEI, qua nos propter Christum Iesum complectitur. Pariunt autem laetitia & gaudium conscientiae, & mitigant ac tollunt dolorem & tristitiam in ærumnis corda excruciantem. I. Fides amplectens certissimas Dei promissiones, quod propter Filium nobis propitius sit, nobis adfit opitulator, mitiget ærumnas, & certo laetos exitus & aeterna bona daturus sit. II. Bona conscientia seu mens sciens se honesta, recta, Deo grata & cum voluntate & Lege Dei congruentia consuluisse & fecisse: nec se scientem & volentem scelera Deo displicentia admisisse, de qua dicitur: *ὅταν ἴσως ἡ φράσιν ἡμῶν εἴσθε, ὡς τὸ ζυμεῖδος καθαρὸν καὶ ἐλπίδες ἀγαθαί.* Nihil ita exhilarare nos solet, sicut conscientia pura & spes bonae ex Deo pendentes. Item:

Conscia mens vt cuique sua est, ita concipit intra Pectora, pro merito, spemque merumque suo.

III. Consideratio duodecim utilitatum amplissimarum, quas ærumnae & calamitates pijs & patientibus adferunt. Has in capitibus doctrinae de patientia nuper exposui. IIII. Inutilitas tristitiae, & angorum, quibus nihil proficitur, non mutantur aut tolluntur, sed tantum duplicantur mala, & vigor animi ac corporis languescit, & tota hominis vita, non modò insuauis, sed planè acerba redditur, & paulatim omnino extinguatur, vt hic inquit Syracides, Tristitia multos occidit, & utilitas non est in ea. Quam sententiam, vt in conspectu assidue haberet Lutherus, initio suorum certaminum, difficilimas aduersationes & pericula sustinens, grandiusculis literis supra mensam descripsit, vt assidue illi ab oculos versaretur. V. Dulcissima & sapissime repetita mandata Dei, quae seuerissime iubent nos firmam & lera fiducia in Deo acquiescere & gloriari. Psal. 4. Dediti laetitia in corde meo. Psal. 97. Latamini iusti in Domino, Lux orta est iusto, & rectis corde laetitia. Psal. 99. Seruite Domino in laetitia. Psal. 32. Exulta-



Exultate iusti in Domino. In Domino letabitur cor nostrum, & in nomine sancto eius sperabimus. Esa. 61. Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo: Quia induit me vestimento salutis, &c. Eccl. 9. Vade & comede in letitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum, quia Deo placent opera tua. Latere cum vxore quam diligis cunctis diebus vitæ tuæ, &c. Denique pleni sunt Psalmi & Prophetæ talibus dictis, quæ pios letari, & in Deo acquiescere & gloriari iubent. Discernenda est autem hæc sanctorum letitia, ex certissimis Dei promissionibus & consolationibus diuinis orta, à falsis gaudijs impiorum, quæ à fluxis & caducis huius vitæ bonis affluente pecunia, voluptatibus, gloria, honoribus, &c. excitantur, de quibus mundanis gaudijs vere inquit Deiphobus: Namque vt supremam falsa inter gaudia noctem Egerimus nosti.

## Caput XXXI.

Auaritia.

**P**ERVIGILARE vt dixeris, consumit corpus, & de re familiari esse sollicitum, interrumpit somnum. Cum quis lecto decumbens, sollicitus se torquet, subinde euigilat, perinde ac in morbis molesta est insomnia. Hic est diues satis, qui laborat & congregat nummos, & tandem desinit & partis vititur. Ille autem est verè inops, qui laborat, & non benedicitur, & vt maximè desinat, tamen mendicus est. Qui amat pecuniam, non erit sine peccato, & qui querit caduca, ipse quoque interibit. Multi propter pecuniam grauibus implicantur casibus ac periculis, & videntes, prudentesque pereunt. Qui sacrificant ei, illos euertit, & incautus captiuat. Beatus ille diues, qui irreprehensibilis inuenitur, & pecuniam non querit. Ubi nam est ille, & laudabimus eum? Magna enim gerit in populo suo. Qui in hoc probatus, & rectus inuenitur, hic merito laudatur, potuit malum operari, & non fecit, damnum inferre, & non intulit: ideo durant opes eius, & sancti Eleemosynam eius laudabunt.

Ciuitas  
morum in  
mensa.

Cum sedes ad mensam diuitis, ne dilata guttur tuum, ne cogita, hic ingens copia suppetit, vt belluemur, sed cogita, quod oculus insidiator, inuidus est, (nam non est maior inuidia quam in eiusmodi oculo) & lacrymat, cum attingere te videt. Noli ita attingere omnia, quæ apposita videris, nec id accipe, quod ante eum iacet in patina. Ex teipso fac coniecturam, quid inuitus